

Forfatter: Helgesen, Poul

Titel: Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab

Citation: Helgesen, Poul: "Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab", i Helgesen, Poul: *Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab*, 1932-1948, s. 216. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-helg06val2-shoot-idm140415583749152/facsimile.pdf> (tilgået 26. april 2024)

Anvendt udgave: Skrifter af Paulus Helie 6. Bind / ved Marius Kristensen og Hans Ræder. - 1937 Udgivet af Det Danske Sprog- og Litteraturselskab

V.<sup>22</sup> Contra, fructus spiritus est, charitas, gaudium, pax, lenitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, temperantia.

His dotibus spiritussancti (que nos eterna vita dignos reddunt) nobis incumbendum est, ne carnis vitijs seruientes, excludamur ab hereditate regni dei. 5

[67 a] VI.<sup>7</sup> Ne erretis, deus non irridetur.<sup>8</sup> Quicquid enim seminauerit homo, hoc et metet.

Iste locus aperte meminit premiorum bonorum et malorum, contra illorum impiam sententiam, qui negant apud deum vllum esse meritorum respectum. 10

[68 a]

*Ep. ad Ephesios*

Argumentum Erasmi

Nec enim est vlla epistola, que tam abditos habeat sensus, vt ob hanc potissimum Petrus scripsisse videatur, sicut et charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis, sicut in omnibus epistolis loquens in eis de his, in quibus sunt quedam difficulta intellectu, que indocti et instabiles deprauant, sicut et ceteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem.

Hac sententia b. Petrus (tanquam futurorum prescius) palam arguit huius seculi temeritatem, que Pauli epistolas putat intellectu tam faciles, vt nedum ab eruditis clericis verumetiam ab indoctis laicis facile intelligantur. 20

[71 b] IV.<sup>11</sup> Et idem dedit, alios quidem apostolos, alios vero prophetas, alios autem euangelistas, alios autem pastores ac doctores . . .

Hic locus ostendit iuxta diuersitatem donorum dei, aperte in ecclesia Christi distinctos esse officiorum et dignitatum gradus Contra illorum sententiam, qui ordinem publicum confundunt. 30

IV.<sup>14</sup> vt non amplius [72 a] simus pueri, qui fluctuemus et circumferamur quouis vento doctrine per versutiam hominum, per astutiam, qua nos adoriuntur vt imponant nobis . . .

Verbosas hereticorum doctrinas et fraudulentas ad seducendum persuasiones, ventos vocat, quod instabiles et nutabunde sint. 35

*Ep. ad Ephesios*

217

- [72 b] IV.<sup>20</sup> Omnis sermo spurcus ex ore vestro ne procedat, sed si quis est bonus ad edificationem, quoties opus est, vt det gratiam audientibus,<sup>20</sup> et ne contristetis spiritum sanctum dei, per quem obsignati estis in diem redemptionis.
- V. <sup>15</sup> Videte igitur quomodo [73 b] circumspecte ambuletis, non vt insipientes, sed vt sapientes, redimentes occasionem, quod dies mali sint.
- 15 [74 a] VI.<sup>5</sup> illud scientes quod vnusquisque quod fecerit boni, hoc reportabit a deo, siue seruus fuerit siue liber.
- 20
- Si de omni verbo otioso est reddenda ratio (Mat. xij) multo magis de sermone spurco, impudico, et maledico, Vt enim decet mundum habere cor, ita linguam oportet habere castam et pudicam.
- Si circumspecte ambulandum est, hoc est viuendum, ergo ad salutem consequendam non satis est credere tantum, sed magno opere conducit facere voluntatem dei in bonis operibus, quibus promittitur regni dei hereditas.
- Hic confunditur quorundam hereticorum impudentia, negantium Christianorum merita, quando Paulus dicit factores bonorum operum apud deum mercedem reportaturos.

[76 b] *Ep. ad Philippenses*

- I.<sup>20</sup> Quod si contingat viuere in carne, ea res mihi fructus est operis, et quid eligam ignoro.
- 25
- 30 [77a] II.<sup>2</sup> complete meum gaudium, vt similiter affecti sitis, eandem charitatem habentes, vnanimis, idem sentientes,<sup>3</sup> ne quid fiat per contentionem aut per inanem gloriam, sed per humilitatem animi,
- 35
- Tametsi infidelium opera sint infructuosa quod fiant sine fide, Fidelium tamen opera maxime sunt fructuosa, adeoque premio digna, quod hic indicat Paulus cum dicit Vitam habere fructum operis.
- Qui non similiter affecti eandem habentes charitatem, vnanimis et idem sentientes, frustra gloriantur se esse Christianos Qui contentioni seruiunt ac inani glorie student, alieni a modestia, non pertinent ad corpus Christi.